

De sepultura

Is, qui temporibus nostris fossiones locorum antiquorum spectat, adit ad interiorem partem urbis proprio modo rei antiquae.

Ille quoque proficiscitur ea via, qua viatores temporibus antiquis accederunt ad urbes. Eae viae multis sepulcris circumdatae sunt. Sepulcra erant partim monumenta pulchritudine egregia, quibus viatores moniti essent, ut sibi tempus sumerent ad inscriptiones legendas. Hoc modo debebant reminisci mortuos.

Innumerabilibus sepulcris legere possumus monitus eius modi:

- *resta viator, et lege!*
- *Quisquis es, huc oculos paulum converte, viator, et lege, quod nomen hic titulus teneat.*

De ritu

Cum quis ad exitum vitae vocatus est, familiares convenerunt, ut morientem adiuverent, et mortem lamentatione funebri vehementer questi sunt vocantes nomen mortui. Postea is indutus, lavatus, in lectica positus est.

Funebria plebis se differunt a funebribus nobilitatis et carent honore sepulturae. Nobiles autem corpus mortui lecto imposuerunt in atrio usque ad septem dies, ut amici et propinqui mortuum valere iuberent.

Mors hominis honesti a praecone, qui diem pompae funebris publice diceret, edictus est.

In pompa funebri praeficae, homines symphoniaci, actores comitati sunt mortuum ad locum urbis.

Ii queruntur hunc mortem, laudationes funebres habent, spectatulum edent, quod ad vitam mortui pertinet. Familia ferunt imagines maiorum, ut auctoritatem familiae demonstrent atque etiam mortui et facta et merita praedicent. Oratione funebri habita lugentes ad Pomerium ibant et mortuos humabant. Illis temporibus antiquis finis sacra urbis Romae pomerium appellabatur. Tabula decima Legum duodecim tabularum dicebat funus extra urbem faciendum esse.

“Hominem mortuum in urbe ne sepelito neve urti”, praecepit decima tabula.

De Ritu sepulturae tertio saeculo et secundo saeculo ante Christum natum

Tertio saeculo ante Christum natum solum nobilibus et principibus licebat mortuos suos iis sepulcris, quae familiis erant, condere.

Haec sepulcra plerumque simpliciter comparata et in saxa incisa erant et carebant fronte ornata.

Ea sepulcra angusto spatio erant et solum familia ipsa in iis humabatur. Propinqui, libertini, servi domestici in illis sepulcris non sepeliebantur.

Praeterea his temporibus erant agri, qui pleni sepulcrorum erant. Ibi corpora terrae reddita sunt et nulla monumenta, quae constabant ex saxis, tegebant corpora mortuorum. Illi agri erant densi sepulcris et etiam siti in iis locis, qui extra moenia urbis erant. Haec singula funera non significabantur elogiis et cippis, quae in sepulcris incisa erant. Haec sepulcra, quae in iis agris huc et illuc posita erant, ratione arteque non distinguebantur. Nemo diu sciebat quo loco sui propinqui humati sint.


Quarto saeculo et tertio saeculo ante Christum natum plerumque corpora in sarcophagis, qui facti ex argilla, aut in fossis, quae saxis tectae erant, humabantur.

Ineunte tertio saeculo ante Christum natum illa ratio funerum maximi momenti erat: Postquam corpora cremata sunt, cineres mortuorum requiescebantur in urnis argilla factis. Hae urnae in arca e lateribus structa depositae erant aut recta via terrae redditae erant.

Postquam diximus de monumento et sepulcro singulo, vertamus ad tertiam rationem sepeliendi. Romae enim puticuli erant, in quibus imprimis pauperes et servi humabantur. Ibi centum cives sepeliri potuerunt. Puticuli aperti esse solebant, quoad pleni mortuorum fuerunt.

De sepultura rei publicae liberae

Viae maximae Romae circumdatae sunt a monumentis variis – ea magna aut parva, ornata aut simplicia erant. Tamen certabant cum aliis monumentis, ut viatores attentos redderent.




Mirum est quod parva pars monumentorum cellas habent. Saepius urnae sunt positae in fundamento aut muro aut fundo monumenti. Antiquissima cella est ea Cestii pyramidis.

Hoc monumentum, in quo modicum lumen inest et spatium angustum est, solum possessorem suum condit. Funere facto cella rursus clausa est.

De sepultura Caesarianorum temporum

His temporibus columbaria orta sunt, quia plures homines rure Romam migrant et numerus sepulcrorum exiguus est. In iis aediculae ordine positae aliae super alias aptae sunt ad urnas accipiendas, cum interea aliquot aediculae dissimiles sunt. Ex magnitudine atque definitione septingenti aut tres milia homines sepeliri possunt. Sepulcra eius modi solum Romae inveniuntur.



At propter felicitatem omnium crescentem sepulcrum familiae dilectissimum erat civibus Romanis, cum interea etiam humatio corporis magis et magis vagata est. Est proprium horum sepulcrorum esse simplex murus externus, sed ornatum intus aedificium.